



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1858**

XXXII. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad beschenken eine Kirche zu  
S. (Stendal?) mit einem bebauten Platze, am 8. August 1276.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

XXXII. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad beschenken eine Kirche zu S. (Stendal?) mit einem bebauten Plage, am 9. August 1276.

Nos Johannes, Otto et Conradus, Dei gratia Marchiones Brandenburgenses, recognoscimus presentibus publice profitentes, quod Aream Colonarem, quam Dominus Bernhardus, perpetuus Vicarius ecclesie in S. edificavit suis sumptibus, damus eidem ecclesie liberam quiete, pacifice perpetuo et feliciter dotis nomine possidendam. In cujus rei evidens testimonium presens scriptum scribi iussimus sigillorum nostrorum inpenzionibus roboratum, adhibitis testibus, quorum nomina sunt hec, Albertus, Decanus in Stendal, Magister Albertus, prepositus in Levenwalde, prepositus Bertoldus in Stolpe, Clerici, Bernardinus de Bentz, Fredericus de Ecstede, Joannes de Stegelitz, Johannes de Buc, Laici, et quam plures alii fide digni. Datum in Tangermunde, Anno Domini MCCLXXVI, V. Idus Augusti.

Nach Lenz, Br. Urk. 77. 78., mit der Notiz: „Den vicarium Bernhardum und den Ort S. habe nicht ausfindig machen können.“

XXXIII. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad legen einen Wochenmarkt auf dem Mittwoch zu Stendal an, den 8. Juni 1277.

In nomine sancte et Individue Trinitatis. Johannes, Otto et Conradus, Dei gracia Marchiones Brandenburgenses, universis hanc literam visuris in perpetuum. Ne ea, que coram nobis aguntur, successus temporis aut rerum oblivio abolere valeat, consuevimus ipsa literarum testimonio eternare. Hinc est, quod constare volumus tam presentibus quam futuris, quod civitati nostre Stendal dedimus et adjecimus quoddam forum, scilicet seriam quartam in septimana perhenniter duraturum. Si quis autem ausu temerario seductus dictum forum seu libertatem ejus infringere aut impedire presumpserit, contra talem consules prefate civitatis judices esse debent cum nostra plenaria voluntate. Si autem in hoc facto deficerent et impotentes essent consules prehabite civitatis corrigendo, contra talem impeditorem fori premissi consulum supra dictorum erimus adjuvatores. Ut autem hec omnia recte et inviolabiliter conserventur, presens scriptum dari iussimus, sigillorum nostrorum appensionibus communitum, adhibitis nihilominus testibus idoneis, quorum nomina sunt hec: Johannes de Buc, Johannes de Crochere, Johannes de Irekesleve, Fredericus de Ecstede, Zabellus de Plawe, Godefridus de Cremin, milites; Burgenles Stendalenses: Wezele, Heyno de Roketze, Godescalcus de Jerichow, Arnoldus Vlasmingerus et quam plures alii fide digni. Acta sunt hec in Stendal, Anno Domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXVII<sup>o</sup>. sexto idus Junii.

Nach dem Orig. des Stend. Rathsaarchives No. 16. Bei Lenz, Br. Urk. S. 892 mit der falschen Jahreszahl 1272.